

99 Laribus publicis sacrum | imp. Caesar Augustus | pontifex maximus, | tribunic. potestat. XVIII¹, | ex stipe, quam populus ei | contulit k. Ianuar. asepti | C. Calvisio Sabino L. Passieno Rufo cos.²

Romae basis rep. in foro sub monte Palatino, est Neapoli (VI 436). —

1) *A. 750/1. — 2) A. 750. — Noli referre hanc basim ad aedem Larum in summa sacra via factum ab Augusto (Mo. mon. Ancyrr. p. 82).*

100 Pater patriae | Imp. Caesar divi f. | Augustus pontifex | maximus, cos. XII, | cos. designatus XIII, | imp. XIII, tribunic. | [p]otestat. XX[I]¹

Rep. Aptae Iuliae prov. Narbonensis (hodie Apt), est Avignon, pertinet ad viam per Alpem Cottiam Arelate ducentem (XII 5497 descripsit Hirschfeld). Eadem inscriptione inscripti sunt aliarum quoque viarum provinciae Narbonensis lapides (XII 5480—5484. 5487—5489. 5500.) — 1) Numerus firmatur reliquis lapidibus supra citatis. — Titulus positus secundo semestri a. 751, Augusto consule designato decimum tertium, id est in a. 752. Pater patriae postea adiectum, cum Augustus hanc appellationem reciperet a. 752 (cf. ad N. 96).

101 imp. Caesari | Aug. | parenti patriae.

Prope Antiochiam Pisidiae (III suppl. 6805). Patriae parens cum dicitur Augustus, non pater, videtur titulus scriptus ante annum 752, quo patris patriae appellationem sollemnem recepit (cf. Mo. ad C. X 825).

102 imp. Caesar divi f. | Augustus cos. XIII, trib. | potest. XXI, pontif. max., | á Baete et Iano August. | ad Oceanum. | LXXIII

Cordubae, columna quae olim stetit ad viam primarium provinciae Baeticae, a Baete Gades ducentem (II 4704). — 1) Titulus positus a. 752, ante d. 5 Febr., quo Augustus patris patriae appellationem admisit (cf. ad N. 96).

103 imp. Caesari | Augusto p. p. | Hispania ulterior | Baetica, quod | beneficio eius et | perpetua cura | provincia pacata | est. Auri p. C.

Romae rep. in foro Augusti (Lanciani Bull. com. 1889 p. 52; Huelsen Mitth. 1889 p. 248). Sustinuit basis statuam Augusti auream pondo centum dedicatam a provincia Baetica non ante annum 752, quo pater patriae Augustus dici coeptus est, tunc nisi fallor, cum seiuncta a Lusitania et ablata legato Augusti tradita esset proconsuli, utpote pacata.

104 imp. Caes. divi f. Augustus pontifex maximus, cos. XIII, tribunicia potest. XXXII¹, imp. XXVI², pater patriae, murum dedit.

Fani in arcu (Grut. 163, 2; vidit Bormann). — 1) A. 762/3 (p. C. 9/10). — 2) Erratum in numero, nam vicies semel tantum imperatorem se appellatum esse ipse Augustus testatur mon. Ancyrr. 1, 22 cf. Mo. comm. p. 16. 47. — In eodem arcu postea insculptus est titulus Constantini infra edendus.

105 imp. Caesar | August., divi f., | pater patriae, | pontifex maximus, | trib. potestat. XXXVI¹, | obtinente T. Pompio | [P]roculo | pro leg. | X |.

In Sardinia, prope Fordungianus, columna milliaria (Notizie 1885 p. 429). — 1) A. 766/7 (p. C. 13/14).